

fideiussores posuerit, iudex contentus esse debet eisdem fideiussoribus, quibus et contenti sunt actores. Praedictos articulos ad nullos alios extendi volumus, nisi ad cives nostros infra muros civitatis nostrae Dresden et septa residentes. Praeterea cum ex speciali favore et dilectione, quibus praedictos cives nostros amplectimur, iura ipsorum non minuere sed potius velimus ampliare, volumus quod praedicti cives nostri omni iure, quo temporibus dilecti domini et patris nostri domini Heinrici et patruī nostri felicis recordationis Friderici Misnensis et Orientalis marchionum usi sunt, utantur et illis pacifice et libere absque omni nostro impedimento perfruantur. Volumus insuper, quod bedellus civium nostrorum Dresden se nullatenus intronittat de aliqua causa dominorum terrae¹⁾, nisi eadem causa etiam aliquem de nostris civibus tangere videatur. Ut autem praemissa omnia tam a nobis quam a dictis civibus inviolabiliter observentur, praesentem litteram in testimonium evidens praemissorum et robur perpetuo duraturum dari fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes huius sunt Otto de Polsenytz, Fridericus magister coquinae, Heinricus de Cryschowe, Cunradus Hunrich, Heinmannus de Nuendorf nostri milites, Hermannus de Isenberc et quam plures alii fide digni. Datum et actum Dresden anno domini M°. CC°. XC°. IX°. XVI. Kalendas Septembris.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit dem wohlerhaltenen Siegel an Fäden von gelber und rother Seide.

Wilkii Ticemannus. Cod. dipl. p. 141. — Hasche Urkundenb. S. 52.

1) Orig. nochmals *intronittat*.

No. 15. Ohne Jahr.

Der Vogt und die Geschwornen zu Freiberg ersuchen die Geschwornen zu Dresden, in Befolgung der über die mit Aussatz behafteten Personen getroffenen Abrede, nach welcher aussätzigē Frauen zu Dresden, aussätzigē Männer zu Freiberg in besonderen Häusern zusammenleben sollen, den Spitalmeister anzuweisen, nur mit ihren besiegelten Briefen versehene Frauen aufzunehmen, wogegen auch sie nur auf gleiche Weise von Dresden aus legitimirte Männer zulassen wollen.

Viris honorabilibus ac discretis universis iuratis in Dresden advocatus ceterique iurati in Vriberc obsequiosam ad quaelibet voluntatem. Pro tali causa prout vestra novit discretio pro infirmis debilibusque matronis, quae lepram habere dinoscuntur, sic extitit discussum vestro mediante consilio, ut penes vos matronae et apud nos masculi deberent hospitari et in una domo propria commorari, ut per eandem separationem praecaveretur, quod cum in una domo essent per maximam inmunditiam fuit actum. Quapropter honestatem vestram praesentibus exoramus, quatinus una cum procuratore eiusdem familiae dignemini praecavere, ne qua congregationi memoratae in posterum recipiatur nisi fiat cum monstratione nostrae litterae sigillatae. Nos vero e converso sine vestris litteris sigillatis neminem erimus recepturi. Ut autem hoc pactum inter nos constitutum perpetuo perseveret, praesentem paginam sigillo burgensium fecimus communiri.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das Siegel ist abhanden gekommen. Den Schriftzügen nach dürfte das obige Schreiben in dem Ausgange des 13. oder zu Anfang des 14. Jahrh. ausgestellt sein.